

Materia 28. Perficiuntur hæc omnia tribus potissimum, nimirum
remediorū. Diæta, Chirurgia, & Pharmacia. Et primū vt à Diæta in-
Diæta- cipiamus. Aer sit calidus siccus, vel naturâ talis; vel arte vi
ignis alteratus, interdum suffitu ex puluere thuris cariophil-
lorum, styracis calamitæ, roris marini &c.

29. Victus ratio quo ad alimenta in genere sit calefaciens,
attenuans: Verū quia initio Paralyfis plerumque apo-
plexiā minatur & morbus acutus est, post chronicus redditur:
Quare initio victus tenuior sit, post plenior: Probantur cibi
Cibi. boni succi, facilis concoctionis & digestionis, sed quia mate-
ria peccans plerumq; est humor crassus frigidus, condiantur
cibi & medicamentis calefacientibus exsiccantibus, & atte-
nuantibus, cuius generis sunt rosmarinus, saluia, hyssopus,
acorus, fœniculum &c. Conueniunt autem panis bis coctus,
semine anisi conditus, carnes assæ, potissimum pullorum gal-
linæ, perdicum, columbarum, turturum, auicularum monta-
narum &c. Auenzoar in hoc affectu præ cæteris commendat
carnes columbarum syluestrium. Dantur etiam oua forbilia
recentia, interdum cum puluere saluiæ. Verū à multis for-
bitionibus, à carne suilla & fumo indurata, à lacte & caseo,
cibisq; crassi alimenti & piscibus abstineant. Concedi tamen
poterunt pisces saxatiles parua quantitate, præparati cum
pipere, rosmarino &c.

30. Ex fructibus commendantur potissimum, nuces pi-
neæ, deinde pistacia, amygdalæ amaræ, passulæ. Verū fru-
ctus horarij omnes improbantur. Mesues dat Cappares con-
ditos aromatibus sine aceto. Nam acetum nervis inimicum
est. Verū famem & sitim tolerare non parum adiumenti af-
fert in hoc malo præcipuè in initio. Itaq; suadet Aëtius mo-
dicis cibis, iisdemq; boni succi, modicisq; potionibus vti. In
Potus. potu, laudatur hydromel præparatum cum aromatibus, aco-
ro &c. Conceditur cereuisia alterata dictis speciebus: Im-
proba-